

DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS Fol. 125

Et quædam alia.

Moritur Romæ ex peste: sub Frederico impatore tertio: & Sixto pontifice quarto: Anno dñi Mill. CCCC. LXXXI. Indictione, xiiij.

Nicolaus de wachenbeim: natione teutonicus: uir in diuinis scripturis eruditissimus: & in sæculari p̄bia egregie doctus: ingenio excellens: & clar^o eloquio: qui in Heydelbergenſi gymnaſio per annos ferme quinquaginta docendo: legendo ac diſputando uelut princeps theologor^{um}: in maximo precio fuit: Scripſit non ſpernendæ lectionis opuscula: quib^{us} nominis ſui memoriã etiam poſteritati cõmendauit. E quibus ad me pauca peruenerũt:

Quæſtiones ſententiarũ: li. j

Sermones multi: li. j

Collationes plures & orõnes: li. j

Quia approbante ſacri.

Et quædam alia.

Clariit Heydelbergæ sub Frederico imperatore tertio: Anno dñi Mill. CCCC. LXXX. iam ualde ſenex: & sub Sixto pontifice quarto: ante hoc ferme ſeptennium mortuus eſt.

Michael de Mediolano: ordinis fratrum minor^{um}: in ſcripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus: & ſæcularis litteraturæ nõ ignarus: ingenio ſubtilis: uita & conuerſatione præclarus: in declamandis ſermonib^{us} ad populũ celeberrimæ opinionis: Scripſit ad utilitatẽ eorũ qui declamationib^{us} uacant: nõ ſpernenda opuscula: quib^{us} etiã poſteritati nomen ſuũ notificauit. De quibus extant:

Sermones de tempore: li. j

Sermones de ſanctis: li. j

Sermones per aduentum: li. j

Sermones de pœnitentiã p̄ q̄drageſimã li. j

Sermones de peccatis: li. j

Sermones de decẽ præceptis: li. j

Et quædam alia. Clariit sub Frederico imperatore tertio: Anno domini Mill. CCCC. LXXX. Et sub Innocentio papa octauo morit^{us}.

Iustus papa quartus: natione ligurgus: ex Sauona urbe maritima nat^{us}: Frãciſcus antea uocatus: ordinis fratrum minorũ miniſter generalis: ſedit poſt Paulum ſecundũ in cathedra Petri annis tredecim: uir in diuinis ſcripturis eruditus: & diſputator egregi^{us}: amator cleri: religioſorũ promotor: & benefactor ſingularis: eorum maxime quos uita obſeruãtialis cõmendabat: quẽ Paulus papa ſemel diſputantẽ audiens: tantũ admiratus eſt: ut eũ cardinalat^{us} honore dignũ fecerit. Scripſit ante pontificatũ quædã præclara opuscula: E quib^{us} iſta ferunt:

De futuris contingentib^{us}: li. j

De potentia dei: li. j

De ſanguine chriſti: li. j

De conceptione ſanctæ Mariæ: li. j

Et quædam alia.

Moritur sub Frederico imperatore tertio: Anno dñi Mill. CCCC. LXXXIII. Indictione ſecunda.

Johannes cõſobrĩnus: Portugalẽſis natione: ordinis fratrum beatæ Mariæ ſemp uirginis de mõte Carmeli: uir in diuinis ſcripturis eruditiffim^{us}: & ſæcularis ſaturæ ac iuris canonici nõ ignar^{us}: ingenio excellẽs: in declamandis ſermonib^{us} ad populũ celeberrimæ opiniois: cõtra inimicos fidei primũ in Anglia ac deinde in Portugalia magnos & efficaces latrat^{us} dedit: hæreſes & errores q̄ plurimos diſputando: prædicando: ſcribendoq; reprobauit & confutauit. Scripſit ad inſtantia præpoſiti regalis collegij diuæ Mariæ de Ambten in Anglia in ſigne op^{er}is tripertitum de contractibus & cõmutationibus: quod prænotauit: